The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Veritas y

cum fonte primo

Non solum proditor est ueritatis qui mendacium pro ueritate loquitur, sed qui non libere pronunciat ueritatem quam pronunciare oportet, aut non libere defendit ueritatem quam defendere oportet.

Crisostomus super Mattheum.

Sic ergo ex his verbis ostenditur, quod non solum ille proditor est veritatis, qui transgrediens veritatem, palam mendacium pro veritate loquitur, sed etiam ille, qui non libere pronuntiat veritatem, quam libere pronuntiare oportet, aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere oportet, proditor est veritatis.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 25 (PG 56, col.761-2).